

visu praesertim, pectore, lumbis et pedibus, prae-matura senectute a morbis attritus, magis vero ab assiduis solicitudinibus, atque laboribus, a quibus nondum cessavit.

Si cui vero haec hodie prorsus insueta appa-reant, minusque utilia, vel fumus quidam plane poëticus; verum ille singula haec poëmata recte et paulo attente considerare debet, facile autem ille firmam utcun-que theoriam in his reperiet, ex principiis claris ut par est assumtam, haustum scilicet de laticibus tam veteribus quam recentioribus. In his etenim illud principium sermonis medicorum optimum, quod antea obscurum fuerat, et tanquam aenigmatische dictum, et tenebris definitionibus complicatum(a), id ille per clara nuper ab aliis inventa, in lucem editum repe-riet, clareque definitum atque explicatum, ejusque quanta sit potentia facile perspiciet. Exindeque multa videbit axiomata, quae antiquitus pro curandis mor-bis inventa sunt, medendi scilicet regulas et modos, rationibus perspicuis confirmatos atque demonstratos, et quod paucis dicendum,

novo

---

(a) Hippocrat. de Locis in homine 4.